

DE XII. GEMMIS

Agon Hebræus, lapis est preciosus, candidus & permixtus, (quod Onychi conuenire videtur,) vt citat Auen Ezra, se quidem ignorare professus. Vide plura superiùs de Hebraico hoc vocabulo in prima gemma.

XII.

Beryllus, vel Beryllium, Lxx. & Iosepho interpretibus. Vide proximè retro, numero XI. Hebraicum nomè est laschpneh, לשכפנה, quod ad laspidè Græcis & Latinis vsitatū vocabulum ita accedit, vt minimè dubitandū videatur, quin hæc verè sit Iaspis: non quæ sexto loco lahalom Hebraicè dicitur, & iaspis à quibusdam vertitur, cum sit Adamas.

Hæc de duodecim Gemmis Ratio nalis siue potiùs Oraculi pontificij.

Porro Ezechielis cap. 28. in thesauris (vel in diademate) principis Tyri, ex duodecim iam dictis, nominantur nouem, in Hebraico textu: à Lxx. verò & D. Hieronymo ijdem omnes, v-

nà